



SACRA CONGREGATIO  
DE SEMINARIIS  
ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

Romae, XXII Julii a.MCMXXXVIII-.

NUM. PROTOC. 354/38

Reverendissime Domine,

rite ad hoc Sacrum Dicasterium pervenerunt binae litterae tuae necnon Statuta, tum generalia istius Universitatis cum specialia Facultatis Theologicae, atque Relatio de eiusdem Universitatis condicione et gressu pro quadriennio 1934-1937.

Ante omnia vota ipsius Sacri Dicasterii libenter offero pro feliciter inchoandis Festis Iubilaribus istius Athenaei, cui Deus iugiter concedat gratiae Suae et providentiae divitias.

Tibi deinde, Rev.me Domine, significo, eisdem Festis perdurantibus, Pontificias Litteras quas postulasti, datum iri una cum honorificis titulis tum Prorectori tum Decano Facultatis Theologicae conferendis. Item spes adest eo tempore Decreta ad Te perventura sive Erectionis canonicae Facultatis Theologicae sive

Reverendissimo Domino

D. CAROLO C A S A N U E V A

Rectori M. Universitatis Catholicae

CHILIENSIS =

ARCHIVUM HISTORICUM  
PONTIFICIA  
UNIVERSIDAD  
CATÓLICA DE CHILE

APPROBATIONIS STATUTORUM.

Ad professorem demum Historiae ecclesiasticae quod attinet, Rev. D. Gilbertum MORAGA, Beatissimus Pater, huius Sacrae Congregationis Praefectus, permittit ut munere suo fungatur usque dum alius, omnibus requisitis condicionibus praeditus, in eius locum substitui possit.

Occasionem nactus, sensus meae reverentiae Tibi exhibeo.

Addictissimus in Ch. J.

*Gregorio Ruffini*  
*Secretarius*

ARCHIVO HISTÓRICO  
PONTIFICIA  
UNIVERSIDAD  
CATÓLICA DE CHILE

*Henricus Cameli oratoris*